G[othofredi] G[ulielmi] L[eibnitii] Relatio ad inclytam Societatem Leopoldinam Naturae Curiosorum de novo antidysenterico Americano magnis successibus comprobato / [Gottfried Wilhelm Leibniz].

Contributors

Leibniz, Gottfried Wilhelm, Freiherr von, 1646-1716

Publication/Creation

Hanover ; Wolfenbüttel : G. Freytag, 1696.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/v754wdhh


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org















The Library of the Wellcome Institute for the History of Medicine

110.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

Accession Number

Press Mark LEIBNIZ, G.W. von




G.G.L.RELATIO AD INCLYTAM SOCIETATEM LEOPOLDINAM NATURÆ CURIOSORUM, DE NOVO ANTIDYSENTERICO AMERICANO

238 Ad

MAGNIS SUCCESSIBUS COMPROBATO.

HANNOV. ET GVELPHERPIT. Sumptibus GOTHOFREDI FREYTAGII, Anno 1696.



毅)。(游

G. G. L. Relatio ad inclytam Societatem Leopoldinam Naturæ Curioforum DE NOVO ANTIDYSENTERICO AMERICANO

Magnis fucceffibus comprobato.

(1)

Um ante annos aliquot perscriptum, ad me fuisset ab amicis, novum Remedium Antidysentericum in Gallia celebrari cœpille ; rei mentionem faciendam putavi in literis ad virum Amplisfimum Johannem Georgium Volcamerum, inclytæ Societatis Leopoldinæ Naturæ curiosorum, dum viveret, Præsidem datis; eo confilio, ut occafionem præberem in tantæ rei fidem curatius inquirendi. Certum enim eft, poft pestem & febres cognatas vix aliud morbi genus latius apud nos vagari, magisque vaitare humanum genus, quan. dyfenteriam, plebi inprimis, fed maxime exercitibus funcitam; ut fæpe, conftet, vix (a) 2ter-

翁)。(游

tertiam quartamque partem cohortis cladii unius autumni fuperfuisse: quanquam & im eos interdum vel contagio vel intemperantia vel alia ratione diffundatur malum, quibus laudatior victus immunitatem præstaree posse videbatur. Unde Volcamerus, vir_s optimus, publici boni studiosss fimus, confilio usus suo, literas meas Ephemeridibuss Societatisin publicum editis inferuit, tum_s remedii novi causa, tum verò maximè, utt præclari apud Mutinenses Medici, Bernardii Ramazzini (mox in societatem recepti) commendata à me Historia annalis Medica, imitatores reperiret.

Et profecto negari non poteft, mul-(2) tis malis premi humanum genus non tam. naturæinvidia, cui noftra vitia ineptè, ne dicam impiè transcribimus, quam humana infipientia, qua morborum caufas & remedia æquè negligimus. Et fatendum eft, intimas rationes fape adhuc in abdito latere: ut Cartefius, vir ingenio præstantislimus, in., Epistola ad amicum extante, fassus fit, fe: post tantas vigilias naturali scientiæ impenfas, ne febriculæ quidem certo curandæ pa-rem effe. Nimirum hactenus magis obier-vationibus, quam rationibus nitimur, & magisi accommodantur hypotheses cognitis per èu-meiejan, quàm ex hypothefibus praxis augetur, quæ tamen una propemodum certa eft: hypotheleos felicis nota, fi fponte ducat in_ pha款)。(游

の田

和

af.

tre

1

10-

ins -

2.

i,tt

211

ill.

5

phænomena, ex quibus extructa non fuit; liceatque in ea compendium facere experientiæ, ut jam ratione prævideri nondum. tentata possint. Quænon ideo dico, quasi virorum infignium hypotheles & conjecturas spernendas censeam (quàs potius in prætio. habeo, saltem & præludia & primicias veritatis) fed ut certum ab incerto diferiminemus, nec vanis & perpetuis novationibus ars turbetur; & ut intelligamus quanto magis interdum absumus à liquidis causarum notionibus, tanto majore studio historia morborum & observationibus infistendum este, quæ vera estad rationes reddendas scientiamque perficiendam via. Itaque & Historias. annales medicas passim condendas puto; & præclaros artis maxime magistros orandos, ut diligenterannotent quæ offeruntur; & juvenes affectas comitesque præclarorum virorum hortandos, ut fese amanuenses illis. præstent diligentes; & illis denique qui in., republica autoritate valent inculcandum (quod ipfi fape in se suisq; fed plerumque fero fentiunt) post virtutem animorum & populorum quietem nihil effe hominibus prætiofius sanitate nullamque in arte liberalius. ex publico fumtus faciendos. Quod à me non Medico, eoque minus qua fita proprix utilitatis suspecto, tanto confidentius fortasse dici potest.

(3) Nec credo deessent officio principes (a) 3 aut

懿) 0 (5 %

6

aut rerum ingentium administri, nisi fatalis quædam opinio passim homines invafisset .. 100 qui præ cæterisacuti habentur: Medicinam 🛤 (fi exigua quædam & obvia demas) effe artic ambiguam, quæ inftar philosophici lapidin fpe magna hominum credulitatem fuspem dat. Et quemadmodum sunt quidam pass in fim impiè ingeniofi, qui in irridenda pietas in te falfam animi vim oftentant ; ita alii inno) in centius non tamen fapientius in Medicos die cacitatem exercent, utrique faluti fuz illu: Bo dunt. Qui rei momenta expendent, certie magis profectum artis, quam imperfection nem mirabuntur. Amifimus pleraque ve terum remedia, materiæ eorum medicæ ini terdum folis pene nominibus superantibuss Vix duo fecula funt quod Medicina revixitt non plus quàm unum est, quod Anatomia_ floret; non nisidimidium, quod interior hui mani corporis constitutio patuit, reperta fam guinis circulatione. Itaque mirum eft, hat bere nos tot præclara præcepta, tot infigness m aphorisimos, tot efficacia remedia, in tanta ignorantia caufarum, quæ ad noftra temt pora humanum genus oppreffit. Cum_s 177 & Macrocofini ftructura ignorata fuerit, do nec Copernicus & Keplerus arcanam Mundi Machinam explicuere. Itaque quod tàm imperfecta hactenus Medicina eft, in tanta facilitate proficiendi (fivellent homines uti concessis à Deo occasionibus) non tamme diciss

款)。(챯

7

*

101

- Dia

Kelle

神田

ALC:

1111

tente

18.00-1

1919

2里-

DLUS,

ATTACK I

Samo.

and I

200

t, ba

fins

1712

item.

(11)

è.da.

Mail

加加

2012

の町

me.

Eas

dicis imputandum est, qui sæpe districti inter confulentes, vix cibi fomnique vacationem habent; quam potentibus qui tantam publica cura materiam privatis, & de vita. toleranda folicitis iniq; inconfulteque transscribunt. Quid magis mirabile quam munirioppida, convocari ingeniarios, inmenfos fumtus fieri in opera vix aliquando menstruz defensioni suffectura; & intereanihil agi quo minus intestinus & perpetuus hostis impune graffetur; quemipfa nostra in nos natura, interdum & imprudentia armat. Itaque conquirendi essent observatores, alendi, excitandi, nihilque diligentiæ immo curiofitatis reliquum faciendum in re tanta: quod, fi facerent ad quos ea respertinet, ego quidem non dubito in tanta luce feculi, & artis analyticæ profectu, & abundantia egregiorum ingeniorum & auxiliorum copia, apertis jam per Chymiam Anatomiamque corporum recessibus plus uno decennio profici posses quam olim feculo potuisset aut adhuc poterit fipergimus effe negligentes. Sed magna potisfimum à Germanis hic expecto, quibus præ cæteris experimenta debet orbis, & à Leopoldina inprimis Societate plurimum. nobis polliceor, ex quo Maximus Cafar ejus curamin se suscepit.

(4) Meminimealiquando videre librum quem Wanslebius ex Ægypto miferat in Galliam, in quo Concilium quoddam fapientum Medi

游)) (該

8

Medicorum à nefcio quo Califa an Sultano conftituendæ Artis caufa convocatorum celebratur. Scilicet tunc volebant homines: fapere, cum non possent in illorum scilicet seculorum tenebris; nunc cum possint, nolunt, vel posse se ignorant. Equidem fatendum eft hodie quoq; in infelicem temporum conditionem pulcherrimos scientiarum cursus: non parum flitiffe, quafi Nemefi quadam. intercedente, ne feliciores essemus, quàm meremur. Et fane, fi post pacem Pyrenzam. quiescere Europæ licuisset, fortalle nostras jam opes miraremur. Integræ nationes præclarisfima amulatione de inveniendi laude certabant, principes viri arcanis naturæ capiebantur; jam toto orbe exploratores mittebantur, qui quicquid uspiam egregium. eft, ad nos referrent comportarentque ; cum fubito turbine, verfo ad arma feculo, pulcherrimæ spes evanuere. Quid enim præftituros fuisse putamus fummos viros principum ardenti curiofitate adjutos, cum nunc quoque, ubi remissius ingentia quadam incrementa fcientiarum auspiciis magni Regis. debeat humanum genus. Quod ut hoc loco grati prædicemus jubent quæ nunc agimus. Nam & Remedium Antidyfentericum autoritate ejus studiose comprobatum est, & regia liberalitate (ut accepi)pensatum.

THE

the

8

the

A.L.

i.

七

the

(5) Ut ergo ad institutum redeamus, cum nondum ad nostros, à me licet admonitos

懿) 0 (3臻

10

10

-1.5

el fer

m

100-1

His -

125

14-

25

25

aller 1

1024

ma

部门

ale.

1361

100

I MI

初日

(i)E

10

E.

西江

10-

9

nitos, perveniffe medicamenti defcriptionem intellexiffem ; audiffem verò à Serenisfima Principe nuper ex Galliis ad nos reverfa, nihil effe ingenti & præfentanea ejus, efficacia certius compertiusque, quæ etiam. Ipfimet in primaria gynecæi proprii fæmina fefe comprobaffet; non ultra cunctandum. ratus per amicum à Medico practico in. Parifiorum urbe infigni, & hujus ip fius curationis ufum crebrum habente, notitiam Remedii nondum quod fciam defcripti impetravi : cui nunc publice gratias ago, etiam nomen viri optimè meriti proditurus, fi per modeftiam ejus licuiffet. Res autem ita. habet.

(6) Mercator quidam Gallus, cui nomen Grenier, navigator frequens, inter alias merces ex Hifpania Lutetiam Parifiorum attulerat centum & quinquaginta libras radicis, quam intellexerat magnarum in curanda dysenteria virium esse. Cumque ipie. Medicinæ faciendæ ufum non haberet, Medicum ingeniofum & confilio actuque promtum delegit, atque in arcani notitiam admifit, eiq; partem mercis fux credidit, ut opera ejus, fuccessuque ipso, increbesceret utilitas medicamenti. Medicus ergo rem ftrenue gessit, & in aulam introductus Regi ipsi innotuit, cujus justu sumta sunt complura experimenta in Nofocomio illo magno quod vocant Hospitium Dei (Hostel Dieu) aliisq; publi (a) 5

款)。(챯

石

1

10

publicis locis. Quid multa ? comperta. medicamenti virtute jussu Regio, summa pecunia non comtemnenda Medico donatur " privilegio præterea in dulto, ut folus distribueret, atque in fingulos ægros certum pretium acciperet.

(7) Sed inde natæ funt contentiones acerrima inter Medicum & Mercatorem, mercatore omnia questibus implente, & se tantii beneficii autorem, disfimulatum, ac per fummam injuriam contra pacta circumventum clamitante. Retamen ad Senatum Supremum, quem Parlamentum vocant, delata, pro Medico valuit privilegiúm Regium, & professionis autoritas, cui medicamenti ad-ministratio jure conveniret ; jusius tamen_, 10 est satisfacere mercatori. Quirem ægre fe-rens aliis quoque vendere novam, & jam celebratam mercem cœpit, quam deinde multi in urbe Medici & pharmacopola cum fructu adhibuere, donec tandem ipfa confciorum diffenfione totius arcani ratio in publicum. emanavit. Utadeo Hefiodeum illud locum hic, si uspiam habeat : ago. on d' éess nos Begwin. Tametfi fatendum videatur ita vell hac una re de Republica meritum fuisse Grenerium, ut infigne aliquod præmium jure fuo potuerit expectare. Sed valuit hic quoque: crebrum illud inter mortales : Sic vos non_ vobis. Quanquam enim negari non possit primo Pifoni descriptionem deberi, non raroi tamen

毅) 0 (臻

CES :

4.0

戰

加速

自使

I.C.

如

21.

in 1

RE.

11,3

128

181

nefe.

道位

20

创建

的国

ACE .

的日

金融

inter the

加加

tati

men.

II

tamen fit, ut res præclaræ in oblivionem. veniant. Cortex Peruvianus jam ante annos quadraginta quinque propemodum celebratus pene conciderat, donec per Talbotium restitutus dignitati plausum in aula invenit. Jam viginti & amplius anni funt, quod mire prædicari audivi herbam Paragray à natali provincia Paraquaria dictam, quæ (rarum) ita emetica eft ut ftomacho vis non fiat, magnæque præterea ob falutares effectus in India Hispanica famæ nec tamen, quod sciam, ha-Etenusin nostras officinas recepta. Itaq; etiam medicamenta ipfa fua fata pro captu hominum habent, ut adeo fape non minus reflauratori atque propalatori quam inventori debeamus.

(8) Quare nec de Medico quicquam fequius credi judicarive velim. Virum enim doctum, & artis operibus clarum & prælertim Senatus Regii sententia victorem excufationes suas habuisse, credi par est. Unde prætereunda putavi, quæ acrius ab adveriario dicta ad me pervenêre. Certè licet ab alio edoctus fuerit, multo tamen ipfi quoque debemus, cujus industria prudentiaque inclaruit medicamentum. Nam famæ primordiis pleraq; conftant; & optima quoq; commendatione atq; infinuatione apta indigent: & poterat alius imparis industria rem quantumlibet excellentem pessundare aliquo errore, velut in herba oppressam, & vix post mul

数)。(禁

multos annos publicæ faluti ab aliquo feliciore in theatrum reducendam, Nunc egregii viri felicistima opera factum est, ut honor medicamento constet fructusq; in publicum mature dimanaverit.

(9) Cxterum, cum ipfa Medicamentidescriptio quantum sciam, nondum satis hactenus innotuerit; levato velo rem omnemi boni publici caufa in apricum producen-. dam putavi. Sciendum eft ergo, Radicem effe Americanam, descriptam jam tum à Guihelmo Pifone in Hiftoria naturali & medica Brafiliæ, qui hanc ipfam de qua agitur ejus virtutem non ignoravit, & fatis efficacibus verbis expressit, sed alexipharmacam. quoque facultatem quanquam verifime tribuendo nonnihil fortaffe lectoris animum alio avertit. Scilicet adeo affueti fumus immodica fimplicium commendationi, ut. nifi descriptor multum & diu inculcet virtutem plantæ vix serio aut vixcerte ex ufu rerum fed magis ex relatu fcripfiffe judicemus. Nomen plantæ eft Ipecacuánha cujus partem primariam Radicem Antidy/entericam merito appelles. Sed ecce verba Pifonis (lib. 4. cap. 53. pag. 231. editionis Elzevirianæ ann. 1658;) quem merito velut primum autorem commendamus, fi quidem, ut ait, nemo ante ipfum aut plantam defcripfit aut virtutes ejus publicavit.

and De allering

IPE-

11 301 37 49201

12

款)。(游

13

shour clourton

IPECACVANHA

QEON I

101

ide.

1 23

153

(CET)

UTIL.

R

新聞

icacit i

N

ette

inste

ETIS |

TU I

NIS!

5 14

101

are !

加限

priv

(10) Tandem (inquit) ad decantatas has
" falutiferas radices ordo nos deducit, quæ
" præter facultatem purgatricem per fupe" riora & inferiora, omni veneno eximie ad" verfantur. Nec credo, præftantius reme" dium adverfus plurimos morbosex longa
" obftructione ortos imprimis in ventris flu" xibus medendis, in hifce terris reperiri
" facile.

Dux exiftunt fpecies, neutra à nemine, quod ſciam, deſcripta, earumve qualitates eximix in lucem protractx. Utraque eidem ufui dicata, fed gradibus facultatum, tum & f acie, & natali folo differunt. Una enim earum humi depreffa,
exiguior, in pratis crefcit, pulegio non admodum diffimilis: nam caulis foliis lanuginofis exfurgit multis, albisque flofculis
cingitur: radix illius eft craffa, filofa, albicans, à Lufitanis ad differentiam, *Ipecacuán*-*ha blanca* dicta, qux quod minus turbet.
gue refiftat, xquè pueris ac gravidis exhibetur.

" Altera, cujus Jconem hic damus, eft " longitudinis femicubitalis, trinis vel qui-" nis tantum foliis ornata. Gaudet locis " opacis, & tantum in denfioribus reperitur nemo-

款)。(禁

nemoribus In fummitate caulis baccas pro-« ducit nigras fed paucas. Radice eft tenui,,
« tortuofa, nodofa, fufci coloris, faporis in-« grati, amari, calidi & acris. Exficcata in ...»
« multos annos refervatur, nec facile viress
« deponit antidotales, fudoriferas fed qui-« dem vomitivas. Ejus in pulverem reda-« ctæ dofis eft drachma; in infufo, drachmæ,,
« plus, minus, duæ. Facultatem habet ab-« ftergendi, meatus referandi, ac infarctus;
« exfolvendi.

Utriusque quotidianus est usus, ma-56 « lunt tamen dilutum, quod vel unius no-« Etis fub dio maceratione aut coctione ini « aqua, medicam fuam virtutem abunde li-" quoribus communicet. Postea caput mor-" tuum refervatum, denuoque eodem mo--" do præparatum, in eundem ufum exhibe-. " tur; minus quidem efficax ad purgandumi « vel vomendum, sed magis adstringens. " Ita ut radix hæc non folum materiam mor-" bificam, licettenacisfimam, à parte affectai " revellat, eamque per superiora expellat. " fed & adstringendo viscerum tonum refti--" tuat. Præterquam enim quod fluxibus " ventris, alusque morbis medeatur; vene-" nis adversatur, virusque tum oculta qua-" litate, tum manifesta per vomitum statimi " expellit. Quamobrem religiose à Bratili-" enfibus refervatur, qui illius virtutes primi " nobis revelarunt.

CAA-

款)。(禁

CAA-APIA.

is in-210.

and

1.A.

65 Secretum hujus herbæ Lufitanis de-" bemus, qui nobis eam suppeditarunt. Puquie, " filla est planta & depressa, sed humilita-" tem præclaris dotibus abunde compenset. " Ex radice enim pennam olorinam craffa, verrucofa, filamentis ad latera, & inferi-" us tenuibus prædita, exterius è griseo fla-" vescente, interius alba, tres vel quatuor " repullulant pediculi teretes, qui quilibet uni-cum, folium fuftinent, obrotundum vel ob-" longum, tenerrimum, superius splendide viride, inferius paulum albicans, habens " f nervum & inferius venas transversim con-I " fpicuas.

10 KK Florem fert in proprio pediculo rotundum, umbilici figura, floris Bellidis zmulum, multis staminulis constantem, ex " quo femen provenit minus Sinapi. Radix ejusdem cum Ipecacuánha præstantiæ & efficaciæ, unde & Ipecacuánha abusive à re quibusdam appellatur. Cujus vicem in vomitu ciendo, & alvi profluvio compefcendo egregie fupplet. Eo tamen diferir mine obfervato quod primam fuam dignitatem à virtute antidotali sortiatur, quam an aliunde mereatur, nifi quod viscera ter tris fuliginibus liberet, mihi nondum experiri

款)。(禁

16

" periri licuit. Radix primum haud manii. " fefto fapore eft prædita, fed manfa, quo " dammodo acris eft, & relinquit in lingua." " vellicantem humorem.

" Differt porro ab Ipecacuanha, quod accom vomitum proritandum mino fit valida, nex pari efficacia humores peccantes per fupes riora exturbet: quo fit, ut radix quæ o dore & fapore alteri cedit, majori quantii tate exhibeatur.

Indigenæ integram plantam contum
dunt,& fucco prælibato virus à ventre excert
cludunt: à colubris læfi, aut fagittis venee
natis percuffi, eundem antidoti loco, vuller
neri inftillant, non fine fucceffu.

Datur hic & alia Caa- apíx fpecies, prine
ori per omnia fimilis, exceptis foliis; qua
quidem ejusdem funt figura, fed in ambii
tu ferrata & hirfuta: pediculi horum rarii
veftiuntur pilis. Florem fert in proprint
pediculo rotundum cum umbilico in mee
dio inftar floris Chamomeli.

Idem autor lib. 5. cap. 19. pag. 310
Dux inquit, herbx Antidotales nomen.
Ipecacuánha fibi vendicant; quarum pri or, ob evidentem vim emeticam, ut præce
denti libro prolixè docui: pofterior verce
Caapía vulgo nomen audit, ob alexiteri
as virtutes magis celebris, proinde quo
qualecunque venenum affumtum, ante
quam ex ventriculo & primis viis ad pence 款)。(游

17

" tralia corporis permeaverit, per Vomitum
" benigne ejiciat, fi duæ circiter drachmæ ex
" liquore convenienti maceratæ propinen-" tur: Mox fecundum ejus in fulum vel fo" lum vel cum radice *Jabor andi* mixtum fu" peradditur, non quidem ad vomitum, fed
" ad urinas & fudores concitandos. Ita ut ...
" in hac nobilifima planta diverfæ qualita" tes fe prodant, utræque quidem veneno
" exturbando dicatæ, fed ita tamen, ut hæ
" pofteriores altius pofitæ, tum demum fe
" videantur manifeftare, cum emeticæ facul" tates poft primam præparationem evanu-

(14) Sed cumidem libro fecundo ubide 66 morbis egit cap.9. de ventris fluxibus, hujus quoque medicamenti meminerit, quz-" dam inde huc trasferre placet: curatio (in-" quit) primo à clysteribus abstergentibus, mil " qui mel fylvestre inprimis, recipiant, incipit. Interim corpus Syrupis aliquandiu " fimilibus præparatur. Dehinc ad radicem pecacuanha tanquam ad facram ancoram confugiendum, qua nullam præftantius aut tutius, cum in hoc (albo alvi profluvio fine febri, ex frigida materia orto) tumin "plerisque aliis cum vel fine fanguine fluxibus compescendis natura excogitavit. remedium. Quippe præterquam quod "" tuto & efficaciter tenacifimos quoque humores per ipfam alvum, fæpisfime autem (b) per

" per vomitum ejiciat, & à parte affecta deri "vet, vim quoque aftrictivam post fe relini un "quit. Non enim vomitus folum fponte "fuperveniens, ut ait Hippoc. Aph. 15. lilt " 6. fed & arte concitatus fub eodem aphco m Illud ver bar "rifmo comprehendi potest. "hoc modo perficitur : Drachmæ duæ radi " cis Ipecacuanha in unc. iiij. liquoris approcision " priati cocta, vel fine oxymelis unc. j. en « hibetur : postridie semel atque iterum pri ato "re nata secunda imo tertia ejus decoctil de "(ejusdem scilicet) repetenda, tam quo " ægri debiliores eam facilius ferant, quàmi "quod aftrictoria ejus vis tunc magis effica " appareat.

Mox & in tenefmo cap. 10. Ipecacuair ham fuadet, quando ex fuperioris ventris pan tibus videlicet ventriculo, mesenterio & in 📼 testinis materia cruda delabitur, per vomitt an proinderevellenda fed deniq; cap. 12. dedy fenteria ipfa agens, videtur non plane fatt fuz tantopere commendatz radicis benigm tatem fciviffe & aliquando veritumin corpegia re valde ea cochymico, nelaxativo quantu in locunque mordax humor provocaretur. quod an regionibus illis peculiare fit (name) de medicina in Brafilia facienda ibi fcribit)m dixerim. Usus nuperus in Europa nos a Si quando ta hoc metu vifus est liberasse. men, inquit, evacuatione locus, radicem vc mitivam Ipecacuanha exquisitissimum natur muni

款)。(鞣

19

Atque hæc quidem funt, quæ nobis Pifo fuppeditavit.

(15) Nunc aliquid addi opus est denupero in Gallia ufu. Tresad me perscribitur fpecies radicis allatas fuisse, unam nigricantem (noirastre) aliam coloris flavi aut fusci (de couleur blonde ou brune) tertiam candidi. Fuscam vel brunam optimam effe experienmitia docuit. Nam nigra nimis vehemens demaprehenfa eft, alba exiguam aut nullam virtutem oftendit. Usus magis substantia in upulverem redactæ quam infusionis placuit; forte pretium materiæ & raritas parfimoniam suaderet, & minor quantitas substantiæ fufficiat. Dosis ordinaria est à drachma semis ad integram in uno vel altero cochleari vini aut juículi, jejuno ftomacho, vel fi res exigat, duabus horis post pastum.

(16) Quod rationem obtinendæ Radicis attinet, Grenerium ex Hifpania attuliffe fcriptum eft, & ipfe in notis ad Methodum medendi mox fubjungendis, ait, ex Peruvia venire non minus quam corticem febrifugum; quem Gannaperidem illic vocari ajunt, noftri Chinam Chinæ vocant, Non tamen dixerim an non forte Peruviæ vocabulū latius acceperit & an fub Hifpaniæ appellatione. Lufitania, ut fæpe fit, fuerit comprehenfa. Certe per Lufitanos ex Brafilia haberi Radicem poffe dubium effe non poteft Pifonem (b) 2 legen-

毅)。(禁

legenti. Non ideo tamen negaverim, etiarn per Hifpanos ex Peruvia afferri, multa enim fimplicia Brafiliæ & Peruviæ communia, ii pfumq Balfamum, Peruviani nomine celæ bre, etiam in Brafilia reperiri, ut alia taceam ex ipfo Pifone conftat. Eoque faciliùs im petrabitur hoc medicamentum, fi pluribur regionibus commune eft. Et Batavi aut Ham featici mercatores creberrime in Hifpaniam & Lufitaniam navigantes, facile defideriii noftris fatisfacient, fi à Medicis doctis ritte inftruantur.

(17) Porro ex his multa difeimus pro futura, & filentium nonnullorum pertinacia impofitura. Sunt enim non pauci, qui nee gant dari in morbis medicamenta tam probatæ virtutis, ut omni temperamento aut conftitutioni quadrent. Alii exotica omnia damnant, ut nostris corporibus incongrua Sunt qui præfracte negant extare medical menta verè specifica, quibus omnibus opportant ni Ipecacuánha poteft. Et quanquam nom incredibile fit per antimoniata cum aliis rite combinata, posse obtineri fuccedaneum radicis Antidysentericæ; difficile tamen fortasfe fuerit omnes ejus virtutes tam commodee ta in medicamento composito conjungi, quando fimul & aftrictoria & alexipharmaca virtute pollet, quorum utrumq; requiri videtur;, 🗤 præfertim & in morbo tantæ pertinaciæ & ma--

款)。(游

naturæ combinationes interesse constat.

(18) Crediderim vero & alios ufus egregios hujus medicamenti temporis tractu apparituros. Cum enim diuturnas obstructiones aperiat & tam innocenter imò laudabiing liter purget, & tonum viscerum restituat, & ma præterea malignitati obfiftat, facile intelligi poteft, quam late pateat ejus utilitas. Cortici ipfi febrifugo præferri posse videturhæc radix, quia non tam fiftit pravi humorismotum (ut cortex facit) quam mali fontem tollit, & recidivæ eftexpers. Corticis vero ambiguum aliquando usum esfe, egregiis medicis compertum habetur, quod non raro tam prava conftitutio curationem confequatur, ut præstaret febrim redire. Utrumque tamen fui generis præftans effe medicamentum ex omnibus veterum facile opponendum, fateri opportet.

(19) Porro cum multa alia adhuc fimplicia rerum exoticarum fcriptores non minoribus elogiis commendent, poteft nos opinione major Ipecacuanhæ fucceffus admonere, ne facile relationes peregrinatorum. fpernamus generali illo fufpecti prætextu, qui nullis magis in promtu eft, quam rerum ignaris, alienæ laudis detractoribus. Nec dubito fupereffe his jam compertis non inferiora. Equidem cautiones prudentium Medicorum probo, nec Chifletio vitio du-(b) 3 cen-

微) 0 (32

cendum puto, quod tardius Gannaperidi 1 dem adhibuit, & celeberrimi Redii etiam commendandam feveritatem cenfeo, qui fi Eta inquifitione multas Exoticorum virtu tes ad fabulas relegavit. Nolim tamen ail os judicii impares exemplo ejus abuti; & eligendum eft, malim inclinare ad fperam facilitatem, qua alatur experiundi curion tas, (dummodoægrorum periculum abfit quàm affectato fupercilio, quo fe plerumqu fuperba & invida armat ignorantia, deterritur ri homines à conatu proficiendi.

(20) Denique, quanquam, hæc fuffice posse videantur, ne quid tamen hic omitte rem qvo juvari dirigique posset usus remain dii generofi, fubjiciendam putavi Methodu eo utendi, ex Gallico translatam, quam pra fcripfit Medicus celebris Adrianus Helves us, Johannis Friderici Scriptis & praxiapu Batavos Clariffimi, filius in Gallia nunc ff rens, cujus nuper etiam libellus prodiit de ff brifugo per enemata dando. Isergo cum usu Antidysenterici Novi ante omnes incil m ruisset, hanc Methodum publicavit, dissimit lato tamen nomine & natura Medicamen Subjecimus breves in eandem Methodum Grenerio ejus adversario fcriptas omiffis que mordaciora videbantur. Facile autem rorum in arte peritorum judicium fequim qui præcepta Helvetii etiamfi neceffaria nac effent, laudanda tamen judicant, & peritia ingeniumq; autoris non mediocre oftender

art

数) 0 (魏

23

arbitrantur; & nonnulla etiam in aliis morbis prodesse posse censent ; præsertim cum in novi & cogniti Remedii administratione nulla cautio superflua videri posset. Adjecima mus etiam excerpta ex privilegio Regio & Testimonio primarii Regis Medici, quibus initio statim maxime autoritas fidesque Medicamento accrevit. Quod enim majo elogiú dari poterat quam quod rex magnus à peritis quibus commissium fuerat examen, ad se reapont latum profitetur successifie indifcriminatim. in omnibus omnino ægris in quibus experimentum fumtum fuit, etiam in maxime. desperatis?

品油

OTIN

रे तहता

india

油阳

Here

anim milit

indefe

(21) Cumigitur Bibliopolærecudendum commendassem nuperrime editum mihig? transmillum libellum practicum Martini Lifteri, Medici, & natura exploratoris apud Anglos excellentis; eoque magis laudandi, quod antiquorum reverentiam cum studio nova observandi acerrimo conjunxit; quanquam non is ego fim, qui de cætero sententiis ejus peculiaribus judicium meum interponere. audeam : putavi hanc Relationem de novo Antidysenterico, non incommode addi posfe; cum & Lifteri liber peculiares morbos persequatur. Studium autem meum (hominis nihil fibi in scientia aliena vindicantis, fed aliorum tantum munera opportune ut videtur commendantis) optimos quosque Medicos, ut solent esse zaesésaros, æqui bonique confulturos spero. Me-

(b) 4

款)。(禁

1 24

-CITA

Methodus utendi novo Remedia contra diarrhœam, dejectiones faniguinolentas & dyfenteriam ex Gallico translata.

(1)

Voties remedia ufu!communi in Me: dicinam recepta dysenterias & dii. arrhœas pertinaces & chronicas toll. lere non potuêre, Medici etiam celeberrimi ab omni retro memoria naturam_ morbumque fibi relinquere coacti funt qui tamen hic raro felici exitu terminari confuevit.

(2) Quæ causa fecit, ut crediderim men rem gratam facturum non medicis minus, qui hactenus frustra sape regulis artis institêre, quàm ægrotis, qui per remedia generalia sanitatem recuperare non potuêre; fi methodum infallibilem communicarem, quibusi hæc morborum genera, quantumvis periculofa & inveterata fanari poffint ; ita ut nullæ: restent mali reliquix; nullusq; recidivæmetus supersit. Ab hoctamen numero ægrorum hac arte fanabilium excipio Phthificos, Atrophia laborantes, Hydropicos, eosque quibus infignis jam corruptio partis in infimo ventre accidit, quoniam fluxus ventris his fuperveniens caloris naturalis extinctionem & pro-

题

統

R

数) o (3漆

25

& propinquam mortem indicat. Itaqueab his remediis fperari ad fummum dilatioaliqua poterit non perfecta curatio.

1000

UB

n Me

Xdi. atol

四代

IL CI

(01)

TU

III)

intra 1

12%

ine.

1131

(III)

ma

112

100

十十

部

End

stars

and a

OTO-

(3) Sed & hoc moneri oportet, eos quibus diuturnitate morbi delirium, fingultus, vomitus cum tenfione dolorifica in infimo ventre dejectionibusque fœci vini fimilibus aut loturæ carnium cadaverofi odoris, oborta funt; fruftra falutem fperaturos; cum hæc certa fint indicia gangrænæ in inteftinis.

(4) Cæteri omnes dysenteria laborantes facile curabuntur fisequentia observent.

Per continuos tres dies mane & vefperi fumi oportet pulverem fignatum (a) in_, vino, æquali aquæ quantitate temperato; ut corpus paulatim ad purgationem difponatur ac temperentur corriganturque humores acres, qui aquæ fortis aut fpiritus nitri naturam habent, excoriantq; rodunt & exulcerant tunicas inteftinorum & oftia vaforum ; ita ut fimplex diarrhœa fæpe in dyfenteriam degeneret, dum humores depravati indies magis magisque corrofivi fiunt, morbique vis augetur. Itaq; ut ad curationem fecurius perveniatur, à corrigendæ fiftendæque humorum malignitatis curâ incipiendum eft, quod primum hoc remedium præftat.

(5) Diætæ regimen in eo confiftit, ut leve jufculű duabus postea horis fumatur, vel crusta panis in vini tincti, vel ova recentia cum (b) 5 panis

款) 0 (3課

26

pamis fimilaginei fegmentis. Prandium deinde exiguum fequetur: &, fi horis pomeridianis alimentum neceffarium videatur____ poterit comedi panis tinctus in vino faccarato, vel fruftulum bis cocti ex aquæ viniq; miftura: inde vefperirurfus adhibebitur pulvis fignatus (a) & cœna erit mediocris.

(6) Quarta die mane fuccedet dofis fignata (B.1.) in jufculo vel in vino medietatem vitri ufitati implente. Hoc remediŭ liberabit ventriculum à bile vifcida & fœculenta quæ calorem naturalem debilitat & digeftionem alimentorum prohibet; qua rationefit, ut chylus ad perfectionem debitam non perveniat;, fed potius acefcat, unde tota fanguinis maffaa alteratur, turbaturque corporis œconomiaa & gravia illa fymptomata nafcuntur quæ hunc morbum comitari folent. Quatuor, deinde horis transactis jufculum proderit;, victusque ea die erit moderatus. Et biniss fequentibus diebus rurfus ut ante fumetum pulvis (a)

(7) Septima die adhibeatur medicamentum fignatum (C) in haustu ptisan infra defcript Moc remedium paulatim obstructiones tollere incipiet & duabus post horis jusculum sequetur.

Die nona Dofis fignata (B. 2.) in jusculo aut vino; dixta erit qux fupra.

Die 11. iterum medicamentum (C) cum dixta eadem qux prius.

Dice

款) 0 (3漆

27

Die 13. Dofis fignata (B.3.) cum dizta qua usus eft zger cum sumeret (B.1.)&(B.2.)

Die 15. Dofis fignata (B.4.) dixta fit eadem qux post tres doses priores fuit usurpata.

(8) Secuta fic curatione magna tamen adhuc cautione opus eft, & victu non minus exquifito, quam fi adhuc morbus urgeret_. Itaque nec dies de more obfervandi funt, quibus à carnibus abstinetur, nec potu ad glaciem frigefacto utendum. Et quotidie purgandum corpus medicamento. (C) qua ratione recidiva infallibiliter cavebitur, natura, à pondere opprimente liberata.

gun

NO

[1]]

1(2)0-

酒道.

uter.

rendi, mali nomia 1 que tuors ident, funis

atter adeinde-

Abo.

fa

CEI

(9) Diebus vacantibus, quibus paulo ante medicamentum nullum fuit affignatum_, veluti octava, 10,12, poterit mane & vesperi fumi pulvis(a) ut supra. Si xger noctu quiescere nequeat ob magnitudinem dolorum, aut sedes nimis frequentes, opus est, ut vesperi duabus horis post pastum sumat syrupum corall., dilutum agitatumque in vitro aut sequi cochleari ptisan prout jubebit_ vis mali.

(10) Syrupusiste sisti & domat fermentationes & ebullitiones humorũ & somnum reddens, naturæ vires restaurat, ut remedia tanto efficacius agere possint.

(11) Quin & sumendum erit de Syrupo codem, quantum cochlear capit vesperi ejus diei

称(0)游

diei, qua medicamenta Baut C funt fumta;; # quamvis nullus dolor fentiatur.

(12) Omnia hæc medicamenta mane jejuno stomacho adhibenda funt, aut vesperii 💷 duabus horis ante cœnam : qui vehiculum liquidum refugient poterunt tenuisimo panis; genere involuta deglutire, & fuperbibere.

(13) Illud notasse refert, si forte conatum vomendi usu remediorum excitari sentiatur, cavendum quidem effe vomitum quoad licet, fi tamen prohiberi nequeat non. ideo animum despondere oportere, nihilominus enim obtinebitur fanitas ob promtitudinem qua rememedia hac immediate agunt in causas morbi. Tantum observetur, ut in vomitionis intervallis ter quaterve aquæ tepidæ fumatur paulum, ita vomitus minore fiet violentia.

100

(14) Quoad infantes, personas tenerioris constitutionis & fæminas sequensmethodus observetur. Lactantibus & nondum trimulis detur octava pars dofium, qui verò Trimuli decimum atatis annum non excesserint, iis pars quarta fatis erit, decimum supergressis sed necdum quindecennibus tertia ; ab anno decimo quinto ad vigefimum dimidia dosis porrigatur. Qua sane etiam sufficiet delicatis, senibus & gra-Robuftiores à vigefimo anno ætatis vidis. ad sexagesimum non recedent à dosibus supra præscriptis. Quoscunque aut comple-X10

额)。(魏

29

xio delicata aut ætatis imbecillitas aut graviditas integras dofes fumere vetabit, iis eadem remedia adhuc femel reiterabuntur, diminutione præfcripta; qua ratione fanitatem quanta unquam gavifi fuere, fibi rurfus promittere poffunt.

四上:

R.

(018)·

910-

(III)

120

(iiii)

流台

御,

1002

ENR-

1

ROP .

dei.

nik.

2.20

13-

tt5

sile.

pior

TD.

(15) Sæpe cum dysenteriam comitabitur febris, & magna fiet fanguinis dejectio aut dolores erunt valde graves, poterit femel iterumve fanguis ægro mitti, modo id vires patiantur. Nempe ut vafa depleantur, ardor febrilis temperetur, & motus fanguinis impetuosus fistatur: deinde accedatur adufum remediorum. Eoque casu suaferim statim incipi à dosi fignata (B.4.) que supra diei 15mæ erat destinata. Nempe ad plenitudinem minuendam, quæ aliquando tanta eft, ut periculum fit in mora. Et fic 15 die quiescetur. Finito remediorum usu mane & vesperi per duas septimanas sumatur cochlearis quantitas de Elixire Stomachico vel per fe velcum quadruplo aquæ Mixto. Elixir ipfum ita componetur.

Elixir Stomachicum.

(16) Rec. Ligni Santali rubri, lignialoes, ana 2 unc.cinnamomi 2 unc.Cardam.min. galang. caryoph.Zedoar. ana 1 drachm.Sem. anis. fœnic.gran. Kermes ana 2 drachm. glycyrrhizæ 2 unc. terræ catfchu vel catechu cryftal.min.an.unc.jiv.damafc.4 unc. da&tyl. palm.n. 10.vel 12. uvæ & da&tyli in partes minutas

毅)。(游

nutas fecentur, & tundantur quæ tundi de- 🟴 bent. Deinde omnia ponantur in vitreo vase, superfundatur semipinta (chopine) spiritus vini, in quo prius dissolveris crystallum mineralem: macerentur per noctem fequenti die rursus duz pintz spiritus vini superfundentur & ita infusa stent in frigido pert quatriduum; vitro quater aut quinquies; quotidie agitato: inde liquidum filtrabitur, & in eo folvetur libra faccari optimi, & addetur fuccus ex duobus malis citreis expresfus. Ita erit Elixir confectum. Ulus ejus; est confortare cerebrum, corque & partes: nobiles omnes disfipatione Spiritum debilitatas, corroborare stomachum, cruditates; corrigere & omne ventofum flatulentumque: huic malo solenne dissipare.

(17) Regimen diætæ toto morbi cursui huc redit, ut commedatur parum, eviteturque quicquid est difficilis digestionis, nec bene distribuitur, aut quod facile corrumpitur; quales cibi funt artocreas varii generis, irritamenta ferculorum (ragousts) bovina. præsapida (boeuf à la mode) suilla recens: aut falita, cibi, quos nigros vocamus, &c. Pro his substituentur succulenta & benenutrientia, qualia sunt jus cui incocta frusta. laudabiliora carnis bovinæ aut ovillæ, vel de perdice sene aut Gallo, cui osfa comminuta; nullis herbis adjectis, pro quibus addi posfunt capa bina cariophyllis trajecta. Elixis carnibus abstinendum erit, fi facultates pati-

目前

之前

100

款)。(錄

Bal

0.80

31a

語語目

HO.

in the

CLIS!

Man,

120

Ditts.

SETS

1313

創計

均估

1 5.00

(UPI)

100

a beal

ingle-

nerst,

TE

titis |

5,86

120

九

alt

町町

105-

F

TOPS. 10

31

patiantur meliores cibos haberi, donec fe integrè restitutum sentiat æger, nam ventriculum debilem inutili saburra gravant. Ita-引印制 que præstat mane & vesperi comedi carnes affatas teneras ad nutriendum aptas fine lardo, tantum jure madefactas, aut pauxillo butyri recentis. Masticetur probe cibusantequam deglutiatur, bibaturq; vinum vetus cum aqua, & pro potu extra pastum. ptisana supra dicta.

(18) Æger mentem contineat in flatu tranquillo ne quo affectu vehementi agitetur, qui renovare fermentationem languinis & humores turbare poffit.

(19) Si res ægri parum lauta fit, ut fumtus alimentorum exquifitiorum ferre posit, fuffecerit jus carnis, aut, fi hoc defit, jusculum ex lacte vel brodium cui cæpæ incoctæ vel oriza in aqua aut lacte cocta pro guftu cujusq; & complura ova recentia. Ita alimenta velut tegmine obducent partem affectam & contra acredinem humorum defendent.

(20) Cum plerumque dysenteriam fequatur sitis, ut ægri fibi persvadere soleant, malum effea calore; monendi funt etiam. atque etiam, ut à potus excessu fibi caveant; calor enim & ficcitas in ipfis non caufæ fed fymptomata funt morbi, quin potius cum in hoc funt statu studiofius fibi in_ bibendo moderari debent, quàm alias felent. Nam nihil ipfis tunc noxium magis

款)。(磷

magiseft, quam frequens potus, qui fto, machum debilitat & calorem naturalem frangit. Sufficit gargarifare os aqua faccarata, in qua fit quarta pars omphacii. Ita faciliuss fitim ferent; nec vero bibent nifi ad fummum transacto bihorio â paftu.

(21) Cum fint aliquando, quos mali pertinacia ita afflixit, ut carne velut detracta osfibus hærere videantur, convenit ut medio inter remedia tempore injiciantur ipfis clyfteres ex fimplici jure carnium. Qua ratione facilius fuftentabuntur vires aut reftituentur. Et poft ufum remediorum ut habitus corporis redintegretur, poterit bibi lac caprinum aut vaccinum, cum chocolata, quodi nos tamen judicio & prudentiæ Medici committimus. Conveniet paulum de nuce Muscata pulverifata cum 4 aut quinque graniss falis, lacti injici, quo minus in ftomacho coaguletur.

(22) Ptifana ordinaria: Rec. de ligno fantali rubri, de cortice mali granati, ana unc. 1. radicis tormentillæ unc. 2. intybi fylvestris, graminis canini (vulgo Gallis chiendent, nostris Dunde Rtaut) ana unc. 2. de granis Sumach emundatis unc. 2. fol. agrimoniæ manipulos 2. Conquantur omnia igne flammæ velaperto, in fex pintis vel mensuris aquæ, quæ ad medietatem reducenda est. In fine decoctionis cum olla ab igne removebitur, adde paulum cinnamomi in pulverem

黎)。(游

rem redacti & tantundem glycyrrhizæ in fila discerptz. Quod fi in loco fimus, ubi hæc omnia invenire non liceat, fuffecerit aqua in qua ferrum candens extinctum, cui incoquatur gramen caninum & paulum cinnamomi.

apre-

10 (0)

ofan-

mi li

this,

1.1

mil. The second

御

152

th

-970

100

TIT.

(23) Si dolores qui dysenteriam comitantur, durante præparatoriorũ remediorum us usu persistant urgeantque, enema injiciatur, di. cujus hac effe poteft formula: Rec. burfa pa-Roris manipul. 2. gran. lini unc. fem. florum rof. rubr. & papaveris erratici (quod Gallis coquelicos, nostris Klapperrofen) drachm. 1. ana, farinæ manipulus unus. Bulliant in. decocto hordei ad confistentiam injectioni convenientem. Transcoletur liquor per_ linteum. In colaturam immitte vitellum ovi Magal recentis & uncias duas mellis violati. 7715

(24) Si dolores effent admodum acres, decoctioni addi possent duo capita papav. alb. fed cavendum eft, ne pro doloribus intestinorum accipiamus eos, qui in ano ab hæmorrhoidibus oriuntur, quos sopire licebit oleo Juniperi per retortam igne aperto lege artis propulso, spiritu prius per infundibulum separato. Si hæmorrhoides sint externæ, oleo eodem pennæ opetangentur, fingulis quatuor horis, fin internæ fint, madefient eodem, cujus quantum quartame partem cochlearis impleat, ad inftar enematis injici fatis erit. Ita intra bihorium ceffa-(c)bit

款)。(游

bit dolor & hæmorrhoides flacceffent ut alli remedio non fit opus. Hoc remedium com municavit Dn. Gatelier infignis Artifta qu Colbertus ob peritiam utebatur.

(25) Equidem cum multi fint, qui fill persuadere non possunt, dari in medica an te remedia generalia & indubitata, credib le eft eos nec ifti novo Medicamento majic rem quàm tot aliisfidem habituros, quæ hu usque successu expectato caruere. Etlam nec ego diffiteor satis difficulter intelligique modo fieri possit, ut idem pharmacum æqui li efficacia in agros agat, eodem quidem morbo laborantes sed temperamento ac w vendi ratione maxime distantes, præsertin cum tot fint ejusdem morbi fpecies, caufa que tam diverfæ. Sed quemadmodum Con ticis febrifugi, quem Chinam Chinæ vocam virtus jam in confesso est, ut pro remedi generali ab omnibus Medicis recipiatur, in eo minus mirari nos oportet, aliud dari Ric medium specificum non minore universit litate ad omnes ventris fluxus fefe extenden quam qua cortex ille exoticus ad omnesfe bres intermittentes valet. Noftrum tame Febrifugoillo præftat quod nullum relinqui recidivæ(quam vocant) metum.

(26) Sed quando ab experientia fola ac curata veritatis tanta notitia haberi potefil hi quorum intereft rectifime facient, fi fepo fitis przjudiciis, fententiam differant, done effe

载)。(游

35

effectibus ipfis conftabit quid credere oporteat. Si qui internum remediorum ufum.s refugiunt, fciant etiam externa applicatione cùram perfici poffe, cujus ufum mihi refervo, ægris defiderantibus non denegaturus. Monere etiam volui, effe qui remedium imitari velint, fed fucceffu caruiffe, quod dico ne quis fe decipi patiatur. Uni enim Regiæ Majeftati arcanum aperui.

(27) 'Postremo omnibus fignifico, nullum me pretium folito majus ab iis postulare qui initio morbi ita ad me recurrent_, quemadmodum ii faciunt, apud quos Medici ordinarii munere fungor cum febri aut alia ægritudine laborant. Sed alii, qui, ut quotidie sit, ad me tum demum confugient, cum ad extrema redacti fuerint, hos æquum est laborum meorum rationem habere proportione status, in quo à me deprehendentur_.

(28) Pauperes quicunq; mihi offerentur, his gratis medicinam faciam non tantum, fi dyfenteria, fed & fifebri, hydrope, Epilepfia aliisque quibuscunque morbis laborent.

 $(c)_{2}$

Appro-

黎)。(臻

36

Approbatio Domini Daquin. Confiliarii Regii & Comitis Archiatrorum_.

E Go infra scriptus Confiliarius Regius & Comes Archiatrorum notum facio, vii disse mediis specificis contra Diarrhæam, fluxum fanguinis, & dysenteriam, nec quicquam notasse quod non sit egregiæ in publicum utilitatis.

Daquim M

Excerpta ex Literis patentibu. Regius.

Udovicus Dei gratia Rex Franciæ & Nat varræ. Noftris dilectis & fidelibus Com filiariis &c. &c. & aliis officialibus, ad quos res pertinebit falutem, &c. &c. Mandatu noftro remedium hoc fpecificum (fine recii divæ periculo, Diarrhæam fluxum fanguinii & dyfenteriam infallibiliter perfanans) di verfis experimentis examinatum comprobatumque eft in Hofpitali generali, & in Hofpit io Dei (Hoftel Dieu) urbis noftræ Parifiorum. Succesfitque indiferiminatim in omnibus omnino ægris tali genere morbi labor antibus, etiam maxime desperatis. Præterea Confiliarius nofte: 黎)。(魏

fter & Archiatrorum Comes, DAQUINUS, multa experimenta & fumfit ipfe & peralios fumi curavit quæ omnia eundem prorfus fuccesfum habuêre, quem ad NOS retulêre, Legerius Doctor Facultatis Medicæ Parifinæ & Gatelerius Chirurgus, quibus perquifitio in hanc rem à nobis fuit commissa &c.

US &

indire

N.

10021

tibus

ed No.

s Caa-

d quos Indian pereciogninis prote-Holphhallo-

15 10-

Animadversiones breves in Methodum pracedentem scripta à Domino Grenerio, qui sibiprimammedicamentiproductionem vindicat

- Methodus hæc non eft naturalis fed occultandi caufa larvata.
- Ad 5.6.7.8.9. Regulæ operofæhîc præfcriptæ funt prorfus inutiles.
- Idem est ad num. 10. 11. sufficiunt bona alimenta debito regimine sumta.
- Ad 12. Pro Syrupo totq; cæteris præscriptis, fufficit Remedium in pulverem redigi & cum aqua fumi.
- Ad 13. Falso præcipitur ut vomitus evitetur. Eft ille inter effectus remedii naturales, quib9 curationem fieri oportet, purgando per inferiora & fuperiora. Aqua fumenda eft frigida, non tepida.
- Ad num. 14. De dofi fatis rectè præcipitur, modo ea contentus fit Medicus, nec inutiles reiterationes præfcribat. Omnes ægri fine difcrimine curantur tertia fumtione. Sin minus, nec plures rem præftabunt.

Ad

Ad 15. Venz fectio prorfus omittenda eft. Ad 16 Pro Elixire Stomachico aliisque id genusprzstat adhibere paulum panis toftii fumti cum vino Hispanico post pastum.

Ad 17. Sufficiunt bonaalimenta debite fumta, quibus æger eft affuetus.

Ad 22. Sufficit ptisana vulgaris.

Ad 23. Res omnis etiam fine Clyftere optime peragitur.

Ad 24. Pro Hæmorrhoidibus habeo arcanum, præftantisfimum.

Ad 25. Quid attinet Chinam Chinæ cum noftro remedio comparatam extraneam appellare ? cum noftrum quoq; extraneum fit & ex Peruvia afferatur.

FINIS.



and and such placestern pratial w

CONCERCIANT FORMATION CONTINUES

